Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/299892

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

1912312

TYPIS MANDAVERUNT L. E. BOSCH ET FILIUS.

5

# THESES
# JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

JACOBI ADOLPHI CAROLI ROVERS,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. ROM. ET HOD. DOCT.
IN FAC. LITTERARIA PROF. ORD.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE

IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT


**JOHANNES HEIJLIGERS,**

**Schiedamensis,**


Die XV M. JUNII, MDCCCLXI, HORA I.


Trajecti ad Rhenum.
APUD J. DE KRUIJFF.
MDCCCLXI.

# THESES.

I.

Substitutio quasi-pupillaris non solum substituentis bona spectat, sed totam mente capti hereditatem.

II.

Usucapio pro herede bonae fidei possessori non prodest.

III.

Assentior clar. Puchtae (Pand. § 503) heredem ab intestato ante aditionem jus suum in hereditatem alienare posse.

IV.

§ 2. Instit. de societate et l. 30 D. pro socio conciliari possunt.

V.

Ex art. 175 C. C. confici nequit patrem testamento legitimam quae filio debetur portionem excludere posse e communione bonorum, quae hunc inter et uxorem intercedit.

VI.

Soluto secundo matrimonio mater usumfructum nanciscitur bonorum e priori toro liberorum.

VII.

Donatio propter nuptias directe in liberos nascituros praetermissis parentibus, ab extraneo conferri nequit.

VIII.

Casu art. 233 C. C. liberorum nonnullos excludere non licet.

IX.

Nurus quae ad secunda vota transiit, a socero alimenta petendi jus amittit.

X.

Commodatarius qui longiore tempore vel alio modo

quam licet re commodata usus est, non eos tantum casus praestat qui non accidissent si intra commodati fines mansisset, sed omnes.

XI.

Causa qua quis divortium petit, confessione rei probatur.

XII.

Solutio epistolae cambialis de qua agit art. 150 C. M., die dominica peti nequit.

XIII.

Nulla omnino ex naulo merces debetur nautis, si navis rediens perierit.

XIV.

Omnia quae navis secundum aestimationem in polizza indicatam adsecurata in avariam grossam contribuenda habet, resarcire debet adsecurator, licet in computatione avariae majorem navi aestimationem adscripserint periti.

XV.

Praesumtio ex art. 164 C. M. etiam trassanti prodest.

XVI.

Art. 781 C. de Meth. proc. in causis civilibus derogat praecepto art. 471 C. C.

XVII.

Forocedentis curator pauperum jure agere non prohibetur in causis iis quas movere poterat ipse forocedens.

XVIII.

Famulus qui in aedibus domini habitatis noctu furtum commisit, puniendus ex art. 386 1° C. P.

XIX.

Falsa avariae declaratio nec falsum, nec perjurium est.

XX.

Ab artis peritis potius quam a judice dijudicandum an dementia adsit.

XXI.

Quod poenae criminalis executioni judices adesse debeant, minus probandum videtur.

XXII.

Civitas (*naturalisatie*) regio decreto potius quam lege concedenda fuisset.

XXIII.

Praescriptio in jure gentium admittenda est.

XXIV.

In den regel wordt door tusschenkomst eener associatie minder voortgebragt, dan wanneer de kapitalen waaruit zij is zamengesteld, afzonderlijk blijven werken.

XXV.

De onderscheidene takken der nijverheid zijn onafscheidelijk verbonden en hebben bij elkanders bloei het hoogste belang.

XXVI.

Papiergeld heeft geen werkelijke waarde.

1912 231